



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Instructio practica ...**

Succinctam Doctrinarum Asceticarum Svmمام Comprehendens - Quam  
ad majorem omnium in Ascesi proficere cupientium utilitatem ac  
subsidiū

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1685**

§. 2. De Mundo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](#)

§. II.

*De Mundo.*

I. Est, prout h̄ic accipitur, vitiosa & misera humanae naturae conditio ex peccato originali contracta; de quo quatuor Ascetæ sunt scienda.

II. Primum est, ut firmiter sibi, aliisque persuadeat id, quod unanimiter SS. Patres & Ascetæ docent, & cum illis S. Cyprianus dicens: Mundi Amor & DEI pariter in uno corde habitare non posset, quemadmodum oculi pariter cælum & terram nequaquam conspiciunt. Quod idem confirmans S. Hieronymus, difficile, ait, imò impossibile est, ut præsentibus quis & futuris fruatur bonis, ut h̄ic ventrem, & ibi mentem impleat: ut de delicijs transeat ad delicias: ut in utroque sæculo primus sit, & in cælo ac in terra appareat gloriosus.

III. Alterum est, ut certò sibi persuadeat, non posse se Christi discipulum esse, nisi & mundum odisse, & ab ipso odio habeti velit; sic enim ipse Christus prædictit: Si de Mundo fuissetis, Mundus, quod suum erat, diligeret. Quia verò de Mundo non es sis, sed ego elegi vos, propterea odit vos Mundus.

IV. Tertium est, ut sciat, quid sit relinquere Mundum, nempe relinquere ea, quæ querunt Mundani, puta voluptates, divitias, & honores, & similia. Deinde relinquere modum imperfectum, quo Mundani opera ad cultum DEI & Proximorum spectantia peragunt. Et tandem relinquere finem, propter quem Mundani plerumque sua opera peragunt, scilicet proprium commodum & amorem. Hoc mo-

do enim impletur consilium Apostoli suadentis, ut  
Mundo tanquam non utentes utiamur.

V. Quartum est, ut studeat non quocunque  
modo recedere à Mundo, sed ita, ut eodem, aut  
majoti fervore, quo prius Mundo serviebat, deinceps DEO serviat, juxta consilium S. Augustini di-  
centis: Amorem vestrum purgate, & quales impetus  
habebatis ad Mundum, tales habeatis ad Artificem  
**Mundi.** Quod ipsum etiam suadens S. Chrysologus,  
vivamus, inquit, DEO paululum, qui sæculo vici-  
mus totum: deditus corpori annum, demus ani-  
mæ paucos dies. Tempus est, ut aliquando tibi  
domuique tuæ provideas.

### §. III.

#### *De Muliere.*

I. Est homo ad liberos passimè procreandos na-  
tus; de qua Sequentia nosse, & observare debet  
**Asceta.**

II. Primum est, ut quantum fieri potest, omni-  
nem cum hoc sexu consuetudinem & familiaritatem  
penitus abscindat, eumque in finem, membra  
S. Hieronymi sententiam ob oculos semper habeat:  
Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua nece-  
sse habeas quotidie, aut perire, aut vincere? quis un-  
quam apud viperam securus somnum capit? quis ei-  
si non percutiat, certè sollicitat.

III. Alterum est, ut, ubi caritas aut necessitas  
eiusmodi conversationem aut cohabitationem suadent,  
cum magna cautela eam suscipiat; nimium enim pra-  
ceps est, qui transfire contendit, ubi alium conspexit  
cecidisse.